

Emerald Tablet of Thoth

- Latin text -

- 1) Verum, sine mendacio, certum et verissimum:
- 2) Quod est inferius est sicut quod est superius, et quod est superius est sicut quod est inferius, ad perpetranda miracula rei unius.
- 3) Et sicut res omnes fuerunt ab uno, meditatione unius, sic omnes res natae ab hac una re, adaptatione.
- 4) Pater eius est Sol. Mater eius est Luna, portavit illud Ventus in ventre suo, nutrix eius terra est.
- 5) Pater omnis telesmi totius mundi est hic.
- 6) Virtus eius integra est si versa fuerit in terram.
- 7) Separabis terram ab igne, subtile ab spisso, suaviter, magno cum ingenio.
- 8) Ideo fugiet a te omnis obscuritas.
- 9) Haec est totius fortitudinis fortitudo fortis, quia vincet omnem rem subtilem, omnemque solidam penetrabit.
- 10) Sic mundus creatus est.
- 11) Hinc erunt adaptationes mirabiles, quarum modus est hic. Itaque vocatus sum Hermes Trismegistus, habens tres partes philosophiae totius mundi. Completum est quod dixi de operatione Solis.